


Habita

**Oratio de
Magistri**




238



Habita Coram Leon. x.

**Oratio de Circūcissione dominica
Magistri Petri Salatini.**



[Faint, mirrored text from the reverse side of the page is visible through the paper, including words like 'Oratio', 'Magistri', and 'Circūcissione']

Ad diuū LEONEM. X. Pont. Max.
Fratri Petri Galatini/Reuerendissimi dñi Cardina-
lis sanctoꝝ quatuor Coronatoꝝ Capellani Ep̄la.
ET si nunq̄ tantū mihi arrogassem Clementissi-
me ac Beatiss. Pater: quo oratiunculā/quā de do-
minica Circūcisione corā diuina tua Maiestate/ac sa-
cro sacro tuo Senatu habui: tuæ Sanctitati dicandā
ducerē. Quom̄ eni ieiuna sit atq; inculta: nunq̄ profe-
cto illam adeo dignā censuissem. ut Tibi Opt. Max.
Pont. qui nō utriusq; linguę modo/ac diuinę huma-
narūq; rerū peritia: uerū omniū quoq; uirtutū gloria/
inter mortales ueluti Sol luculētissime fulges: iure of-
ferendā existimarē. Quā plurimorū tñ studiosorū uiro-
rū/quos Beatitudo tua benignissime amplectit̄/fouet/
exaltat: hortatu/p̄suasionibusq; inductus/atq; impul-
sus: ipsam qualemcūq; tāq̄ meas huiusce anni primi-
tias/pedibus eiusdē S. tuæ offero. Nā & si minime ca-
sit: que digne Tibi offerri debeat. Tu tñ P̄ Pientiss.
qui p̄na auitaq; semp uestigia secutus: uirtutū oīum
maxime & cultor & alūnus existere nō desistis: p̄fer-
tim earū/que iuxta Platonium dogma/κοσμοῦσι τ'ὸν
ἐν τῷ βίῳ πολιτεύομενοι ἄνθρωπον. Hęc adē sunt: quibus
(ut Plato ipse ait) κτείνεται ὁ ἄνθρωπος εἰς θεόν. Sicut
pro tua incredibili hūanitate orōnē ip̄am quom̄ a me
diceret̄: patiētissimis auribus dignatus es audire: ita
p̄ tua quoq; iaudita benignitate illā eādē l̄ris mādatā
hylari (ut soles) uultu/nō dedignabere accipere: meq;
brissimis pedibus tuis oscula deuotissime imprimētē/
sanctissimæ dexteræ tuæ b̄ndictione dignū efficere.
Ut deus cuius merito uicem geris: te diu ad optatum
totius orbis cōmodum/scelicissimū seruet.

239

¶ Fratr̄is Petri Galatini Minoritani/ artium & sacræ
Theologię Doctoris/ ac Reuerendis. dñi dñi L. Puc-
cii Cardinalis sanctor̄ quatuor Coronator̄ Capella-
ni/ Oratio de Dominica Circūcissione: Diuo LEONI
X. Pont. Max. dicta atq; dicata. Calē. Ianuariis/ An-
no Virginei partus. M. D. XV.

Plane equidē fateor Beatiss. Pater: duo inter cæ-
tera esse: quæ me hodie maxime terrēt: Vel q̄ eo
in loco me locuturū uideam: qui tuæ quoq; Maiesta-
tis numine: nedū totius orbis Senatus præsentia/ præ-
cæteris illustratur: Vel q̄ de re perdifficili/ ardua/ ac
pene ineffabili mihi dicendum sit. Quis enim tanta
mentis acie præstaret: quis tam facundus: quis tanta
uerbor̄ rerumq; copia instructus esset: ut aut coram
Dei Opt. Max. Vicario/ uniuersalisq; Ecclesiæ Cardi-
nalibus: aut diuinis de rebus/ se quicq; digne dicere: sa-
tis sibi esse putaret? De diuina præsertim Circūcissione
acturus: quæ p̄ primā sanguinis Christi effusionē nr̄ę
redemptionis exordiū fuit. Nihil enī miseris mortali-
bus Reparatorē humani generis nasci suffecisset: nisi
postq̄ consumati essent dies Octo: ipse adhuc infans
tantillus/ circūcissus/ pro eis sanguinem suū effundere
cœpisset. Vnde neq; ab re quom circūcideret: impo-
situm est ei nomen IESVS: quod Saluator interpre-
tatur: ut ex hoc palam innotesceret: in ipsa Christi cir-
cūcissione humanam salutem habuisse principiū. Cu-
ius quidem Circūcissionis causam/ formā/ mysterium

tria hæc raptim percurrento/ nobis discutienda pro-
ponimus. Sed prius Virginis illius Deiparæ / cuius
animã doloris gladius hodie transfigere cœpit: opem
supplices imploremus: Angelico eam oraculo salu-
tantes.

¶ Si humani generis cursum Sanctissime Pater re-
cte animo metiamur: ipsum nullo unq̄ tempore/nul-
laue etate a Deo derelictum uidebimus: quin potius
apud eum/cuius propriũ est misereri & parcere: sem-
per pietatis fontes uberrimos reperisse/ inueniemus.
Hanc pietatem/hanc gratiã: quom primus parens no-
ster Adam suo arbitrio perdidisset: uniuersamq; poste-
ritatem sua tãbe infecisset: cõtinuo Habel eius filium
in gratiã Deus ipse reuocauit: deq; eius manibus sacri-
ficiũ (nõ respiciens patris inobedientiã) pie suscepit.
Deinde super Enoch/super Enos/super Noah usq; ad
Abrahã misericordia in eo compta est: qua humano
generi (licet nõ uniuerso) mira benignitate succurrit.
Nec satis sibi in sortem paucos delegisse fuit: nisi &
Abraham in multarũ gentiũ patrem huiusce mysticę
Circũcisionis authorem/constitueret. Is nanq; quom
in Camyrinæ Babiloniæ urbe: quã Chaldęi *Βελθ*:
Vrien: Gręci uero *χάλδαιων* uocãt: oriũdus esset:
Astrologiãq; apud Chaldęos inuentor fuisset: quam
& Phœnices edocuit. Ita suam ob fidem Deo gratus/
acceptusq; fuit: ut ei Deus ipse iureiurando pollicitus
sit: q; de eius semine nasciturus esset Mesias: qui hu-
manũ genus ab initiali peccato redimeret: per quem

& omnes gentes in eum credituræ/benedictionē con-
 sequerentur. In cuius quidem promissionis signū/Cir-
 cūcisionem ei pro pignore dedit: quæ posteros omnes
 & a ceteris gentibus distingueret: & ab initiali labe in-
 fidem ipsius Redemptoris uenturi mūdaret: quousq;
 ipse ueniens/ pro eiuldem peccati satisfactione preciū
 solueret. Et tandem quom Saluator ipse ex Abrahæ
 stirpe in lucem prodiisset: quā nulli peccato esset ob-
 noxius (Erat enim dei filius/ in quo uia colubri inue-
 niri nō poterat) ne tamen legis quā tulerat/ uideretur
 esse contemptor: circūcidi uoluit. Circūcisio nanq; &
 alia plura/ quæ olim in mysteriū instituta fuerāt: pro
 pignore quousq; debitū solueretur: ab eo data fuere.
 Quocirca par profecto fuit: ut ille idem/ qui & ipsa de-
 derat/ & debitū soluturus erat: usq; ad solutionis tem-
 pus ea seruaret. Solutionis autē tempus tunc aduenis-
 se constat: quom ipse in morte sua dixit: Consumatū
 est/ hoc est/ Quod Abrahæ ceterisq; Patribus ac Pro-
 phetis a Patre meo promissum fuit: nunc debito per
 mortem meā soluto/ adimpletū est. Quare legalia om-
 nia (& si in sui figuram cōtingerent) usq; ad obitum
 sibi seruanda duxit. Idcirco igit Christus circūcisus
 est: quia nondum debitum soluerat. Nunc autē nemo
 circūcidi debet: quia quom iam pro debito satisfatū sit:
 omnis prorsus illa carnis circūcisio abscessit. Peccatū
 autē quod tunc in circūcisione debebatur: nūc plenius
 in baptisate aboletur. Quod quidem baptisima pro
 signo nobis tribuit (ut Græcus ille diuus Ioānes Da

circūcisio
signo

masceus ait) Τὸν σταυρὸν ἐπὶ τοῦ μετώπου. Hoc est
(ut melius Sāctitas tua nouit) preciosam crucem in
fronte. Quid ergo perfidi hic Iudei dicerēt: qui filios
suos hactenus circūcidere nō desistunt? Quomodo se
de iniuria/ quam quotidie deo inferunt/excusare ua-
lebunt? Carnis enim circūcisione utentes/ adhuc pi-
gnus post solutum debitum retinent. Quam ob rem
Deum ipsum mendacem periurumq; faciunt: Haud
secus utiq; / atq; iuramentū / quod de soluendo debito
fecerat: tēpore quo seruaturus erat / non seruasset. Sed
Iudei ad sui erroris tuitionem / nobis obiiciunt: Circū-
cisionem in fœdere sempiterno Abrahamæ datam fuisse:
ideo ipsam neq; hucusq; desuisse / neq; unq̄ quoq; desi-
turam esse / aiunt. Quos omnino mentiri: ex eo potissi-
mū uideri pōt: q̄ ubi nos habemus in fœdere sempi-
terno / Hæbraicus textus habet בְּרִיתְ הַחַיִּים beberith
holam. חַיִּים Holam aut apud eos multa habet signi-
ficata. Quandoq; enim æternitatē: quandoq; tempo-
ris diuturnitatem: quandoq; mundū: quandoq; seculū
significat. Ibi aut חַיִּים holam nō pro sempiterno / sed
pro diuturno tempore accipitur: sicuti & plerisq; aliis
in locis accipi solet: & præsertim quom Exodi. xii. ca-
pite dicitur: q̄ Pascha in fœdere sempiterno celebrari
debebat. Vbi quod nostra æditio in uerbo sempiter-
no exprimit: apud Hæbreos ponitur חַיִּים holam:
quod nō pro æternitate / sed pro temporis diuturnitate
accipi debere: ex eo facile patet: q̄ omnis illa Pasche
celebritas post Christi necem penitus cessauerit. Cir-

Obiectio
Iudeorum

cūcisio igitur idcirco in fœdere sempiterno Abrahæ
 data fuisse dicitur: quia per longū tempus duratura
 erat. Adueniente tamen Christo (ut probatum est) fi
 nem omnino habere debuit. Quare & Saraceni ma
 xime falluntur: qui ideo nos non ueros esse Christia
 nos: asseuerant: quia nō circūcidimur: sicut Christus
 circūcisus est. Non enim eam ob rem circūcidi uoluit
 Christus: ut nos suo exemplo circūcidi doceret: sed
 alias multas ob causas. Tum quidem / ut legem quā
 ipse dederat: iniustam non esse ostenderet. Tum de
 inde / ne alienigena ab Iudæis censeretur: qui ex Abra
 hæ semine secundū carnem procreandus erat. Tum
 etiam / ut sanguinem suum pro nobis effundere inci
 piens: suo cruore delicta nostra dilueret. Tum quoq;
 ut demones hoc decepti signaculo: ortus sui myste
 ria nescirent. Tum demum / ut Hereticos qui ipsum
 aut non uerum hominem / aut non uere passum asser
 turi erant: confunderet. Quid tu ergo Manichæe di
 cis: qui phantasticū ac apparens tantum corpus Chri
 sto confingis? Quid tu etiam Valentine ais: qui cœ
 leste corpus domino componis? Quid tu quoq; Apol
 linaris garris: qui diuinū corpus / ac diuinitati consub
 stantiale Christū habuisse somnias? Quid tu deniq;
 Basylides latras: qui IESVM uere passum abnegas?
 Nam si uerus fuit dominicæ carnis circūcisæ dolor /
 si uerus & sanguis fluens: uerum quoq; corpus / ac na
 turale ex elementis compactū / passibile quoq; ac mor
 tale / ipsum habuisse: necessario fatendum est.

*quæ uoluit
 circūcidi*

1

2

3

4

5

hæc

1

2

3

4

27
forma de con.
1^a.

arabes . 13^o die
ostauo die que

2^a

3^a

4^a

¶ Forma aut in hoc sacramento ea erat: ut postq̄ con-
sumati essent dies Octo: Circūcisio celebraretur. Ita
enim deus Abrahæ mandauerat: ita & Abrahā ipse
primus omniū in Isaac seruauit: a quo cæteris circūci-
dendi norma tradita est. Hanc formā Arabes non ser-
uant: sed exacto Tertiodecimo anno/ circūcidi solent:
eo q̄ Ismael/ qui eorū gentem constituit: non nisi post
hoc temporis spaciū Circūcisionis signaculū a Patre
suscepit. Quare aut Octauo transacto die/ Circūcisio
fieri instituta sit: rationes adducuntur plurimæ. Te-
ner enim (ut dicunt Physici) ante hoc tempus nimis
est puer: & doloris impatiens/ facile obire posset. Vn-
de refert Aristoteles: non nisi Septem dierum pueris
fuisse apud antiquos nomen impositū: Ante enim eo-
rum saluti credendum non erat: quom interire multi
paruuli consueuissent. Vel quia ueluti Octaua erit
resurgentiū ætas: ita uideatur Octauo die circūcisus
puer / quasi a primi parentis culpa resurgere: in qua
Septem ante diebus iacuerat obuolutus. Laboraue-
rat Sex dies dominus pro homine: Septimo requie-
uit: Octauo ipsum redemit: qui dies Dominicus est.
Fuit & antiquorū consuetudo: ante Octauū diem ani-
malia in templū non offerri. Hic enim numerus diui-
narum rerum cerimoniis erat aptissimus. Vnde uete-
res festorum Octauas hoc ipso claudi numero uolue-
runt. Addūt & rationem suam Arithmetici. Nam ex
Macrobbii ac Boetii sententia / Octonarius numerus
primus ex numeris cubus est: & humanæ uitæ perfe-

ct
ra
du
dr
tu
ri
tin
ho
be
su
tra
pla
ter
pu
Oc
ho
qu
ap
po
Oc
ut
om
lon
&
uir
ta
circ
del

ctum cursum significat. Quēadmodū enim sub figurā cubica perfecta/bis duo bis concipiūt Octo: ut tradunt Platonici: & a Chalcidio declaratur: ita sub quadrangulari uirtutū figura/ quæ exinde perfecta dicitur: bis duo bis ex duplici animi purgatione octonariū præmii & beatitudinis statum perficiunt: Vt Plotinus in libello de sapientis purgatione affirmat. Ob hoc Plato/ Porphyrius/ cæteri q; Platonici animorum beatorū supæmas sedes in octaua sphaera ponere ausi sunt. Octo enim duntaxat cœlestes esse sphaeras arbitrati sunt. Anni nanq; ipsi (uti Macrobio & Chalcidio placet) postq; fuerint corporeis uinculis soluti: in septem planetarū sphaeris purgatione quadā septies depurati/ in octaua tandem quam supæmā putabant: Octauo die/ Deo fœliciter coniunguntur: atq; cū diis/ hoc est/ cum sanctis spiritibus moram trahunt. Quā quidem opinionem tanq; nostræ fidei consentaneam/ approbare uidetur Augustinus. Christus (inquiens) post Resurrectionem suam Septem decursis diebus/ Octauo die omnibus discipulis manifestus apparuit: ut ostenderet: in octaua resurgentiū ætate uitam posse omnes degere beatissimā. Quare optime & apud Salomonē Ecclesiastes inquit. Da partes septem/ nec nō & octo. Quasi inferre uelit. Ibunt per septem dies de uirtute in uirtutem: in octauo uero die (sicut Propheeta prædixit) uidebitur deus deorū in syon. Erat & alia circūcidendi forma. Non enim ferro initiale peccatū delendū fuit: nam uir sanguinū non est Deus: sed pe-

ult. epli

anymj

eccl. ii

ps. 83

cultor petrius

2. b forma

1. cor. 10

in membro
illo

femina
qz

2

3

37

trino cultro. Et recte quidem. Quid enim per petrinū
cultrū nisi Christi gratia/ sine qua primorū pgenitorū
noxa dimitti nō poterat/ designabatur? Petra quippe
(diuo Paulo attestante) Christus erat. Eramus certe
membris omnibus circūcidendi: quia omni ex parte
peccamus: sed in eo tantū membro circūcisio fieri ui-
sa est: unde mortalis homo progreditur. Et quia cum
præputio/ idest/ cum peccato omnes nascimur: mares
omnes circūcidebantur cultello petrino: qui Christū
culpam ipsam abscissurū/ penitusq; deleturū figura-
bat. Fœminas autē incircūcisas esse uoluit Deus: Vel
q; secundū Aristotelem/ quem Doctor sequitur Aque-
nas: neq; uim/ neq; formam generandæ proli fœminæ
adhibeant: sed materiam tantūmodo administrent.
Vel q; iuxta Galeni/ & Auicennæ/ ac etiam Scoti sen-
tentiam/ quāuis & pater & mater ad sobolis procrea-
tionem ut causa effectrix concurrāt: mater tamen mi-
nus principaliter/ q̄ pater. Vir præterea excellentior/
ac perfectior muliere existit. Vnde & principalius q̄
mulier/ ad Dei imaginem factus fuisse dicitur. Ma-
gisq; q̄ mulier in paradiso deliquit. Christus etiam in
cuius signū ac typum circūcisio data fuit: uir non fœ-
mina/ futurus erat. Eapropter mares nō fœminas/ de-
cuit circūcidi. A fœminis autē nō corporis/ sed aīę cir-
cūcisioe/ aliisq; remediis spiritalis tollebat̄ inferitus.
Reliquū est: ut sacramenti huius mysteriū retega-
mus. Quod ideo in calce Orationis / & loco nouissi-
mo seruatum est: ut illud tanq̄ postremo acquisitum/

semper ante faciem/ ante oculos/ ante ora nostra uer-
 setur. Quid enim aliud est mystica præputii circūci-
 sio/ q̄ nostra cum Deo qui propter peccati originē no-
 biscum excanduerat: facta fœderatio/ facta pax/ facta
 unio? Ipsa nanq; Iudeorū circūcisio figura fuit: nos er-
 go quod illa figurabat seruare debemus. Sed nisi om-
 nem diuinā hystoriam ad Christum / & eius Ecclesiā
 referamus: figmentis & fabulis uniuersa cōplere cen-
 sebimur. Dicite igitur mihi qui præter literalem sen-
 sum nihil in sacris literis figuratū esse creditis. Quid
 sibi uult Heua ex primi parentis latere progrediens?
 Quid Cain Habel iusti sanguinem fundens? Quid
 Noah ligneam fabricans arcam? Quid uineæ planta-
 tio & subsequuta ebrietas? Quid Cham patris uerecun-
 da irridens? Quid Melchisedec panis & uini oblatio?
 Quid Abrahā de terra sua & cognatione discedens?
 Quid post octo dies puer Isaac circūcisus? quid Isaac
 ipse a patre ductus ad uictimam? Quid Iacob fratris
 primogenita ac benedictionem/ pelliū circūpositione
 præripiens? Quid Ioseph a fratribus triginta argen-
 teis uenditus? Quid uniuersa per Mosem gesta? Quid
 agnus occisus in pascha? Quid postes sup limina san-
 guine cōpersi? Quid maris rubri trāsitus? Quid Pha-
 raonis obstinatio/ ac sūmersio? Quid māna? Quid le-
 gis latio? qd de petra profiliēs aq; / qd enei serpētis ere-
 ctio? qd uniuersa que pp̄lo p̄ desertū peragrāti cōtige-
 re? qd manus Mosi in crucis formā extensæ? Quid
 Iosue: quid Iudicum: quid Regum tempora? Quid

mistica circū.

1.

2

3 4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23.
24

caput omni

pacem

pre extra

in exo 12m
ad

ad rigo

4
y. 137.

sacrificia/leuiticæq; cerimonix? Quid Prophetarum
dicta? quid facta conclamant? Omnia Christum di-
cunt; omnia Christum loquuntur; omnia Christum ex-
plicant. Fuit ergo Circūcisio passionis Christi figura
& principiū: qua Deo (ut ait Apostolus) per sanguinē
filii eius cōciliati sumus. Nam usq; in hunc diem san-
ctissimū/qui non iniuria Caput anni constitutus est.
(Sicut enim anni principium est; ita & nostræ saluti
initium dedit) exules omnes fuimus/ ac cœli hostes:
arma habentes demonum; quæ ad nos infœlices/ Adā
quasi hereditaria successione transmisserat. Nunc ue-
ro nō demonū cultro/ sed petrino/ per Christi circūci-
sionem pacem cū Deo inuimus. Quam pacem (heu
miseriā/ heu infœlicitatē nostrā) nr̄a hac tēpestare q̄si
extra mūdi termios exulasse uidimus. Sed per te P. S.
qui pacis es maxime cultor: iis qui tuis sanctissimis
monitis obtemperare uoluerūt: restituta est. Circūcidi
nos suo exemplo Christus edocuit: refecari cordis præ-
putium/ ac discordiarum fomenta præcepit. Seruate
(Bernardus inquit) circūcisionem: nō carnis; illa enī
ueteris testamenti institutio fuit. sed cordis; sed uitio-
rum; sed scelerum; sed inimicitiarū. Sed quis hodie ita
circūcisus est? Quis nō flagitiis abundat? Quis pacis
fœdera seruat? Quis fidei sacramenta custodit? Quis
clauēs ueneratur ecclesiæ? Quis eius imunitatem de-
fendit? Immo quis nō inuadit? Quis nō rapit? Spe-
culemur in triuiis; contemplemur fora: uicos omnes
adeamus urbanos; quē uere circūcisum inueniemus?

His maculis circūcidi oportet humanū genus. Nos autem quibus de uirtute in uirtutem transeundum erat: de infirmitate ad infirmitatē transimus/ & hanc circūcidendi legem quasi abrogatā explodimus. Nō enim corda circūcidimus: sed uestimenta scindimus: nō petrino cultro / sed acuto ferro nos inuicem petentes. Præclarumq; illud pacis testamentū in quo Christus nos hæredes fecit: infringimus/ ac iacentem relinquimus hæreditatem. Nō enim adimus/ sed negligimus pacem illam sanctissimā/ quam nobis cum Deo præstitit circūcisio: Cum qua quidem pace quid est/ quod nō crescat? emineat? efferatur? Sine qua/ quid est/ quod non corruat? dilabatur? annihiletur? Audi quesō Pater beatissime: qui a Rege illo pacifico cuius uicem geris: ad pacem orbis reformandam missus es. Quis Christianā rempublicam quæ mundū uniuersum nō gladio/ belloue/ sed (ut Sibylla cecinerat) hamo piscatoris Christo subegerat: tantum diminuit? Christianorū discordiā. Quis Asiæ/ Aphricæ/ ac etiā Europæ tot Christianorū prouincias Saracenis subdidit? Christianorū inimicitia. Quis Constantinopolim/ Trapezuntam/ Thessalonicas/ Mitylenū/ & Peloponessum Mahumethis subiecit imperio? Christianorum odia. Quis totius fere Thessalię/ Macedonię/ Epyri/ Mesiaę/ atq; Illyriæ tot Christianorū urbes/ tot oppida/ tot castra ad Turcharū seruitutem redegit? Christianorū similitates. Heu quis diebus nostris/ qui uix quinquagesimū ætatis agimus annū: Chalciden/

*expressio
in munda*

Croiam/ Driuaſtū/ Alifium/ Scodram/ Hydruntem/
Naupactū/ Mothonam/ Coronam/ Dyrachium Chri-
ſtianiſt abſtulit: Chriſtianoꝝ factioneſ. Quis infideli-
buſ & barbariſ tam uictoria aduerſuſ Chriſtianoſ ar-
ma porrexit: Chriſtianoꝝ bella & ſeditioneſ. Quis
præterea (ut cætera miſſa faciam) tantū Chriſtianoꝝ
inter ſe pugnantium ſanguinem fudit: Pacis negligenti-
a/ & ueræ circūciſionis contemptuſ. Nam ſi uere cir-
cūciſi fuiſſent: & ipſi adhuc ſtarent: & tantā Eccleſiæ
Chriſti non feciſſent iacturam. Nulla enim tam alta/
tam magnifica/ tam excelſa imperia: quæ niſi uere cir-
cūciſa fuerint: non labantur. Vtinā Pater ſancte tan-
tuſ Chriſtianoꝝ ſanguis/ qui inter Chriſtianoſ ipſoſ
inuicem diſſideteſ / noſtra tempeſtate effuſuſ eſt: pro
Chriſtiana fide effuſuſ fuiſſet. Profecto & ipſa Hiero-
ſolima/ & alia ſancta loca iā recupata eſſent. Si Chri-
ſtuſ pro uobiſ o Chriſtiani ſanguinem fudit: cur uoſ
inter uoſ funditiſ? Nonne uobiſ ſatiſ ſanguiniſ effu-
ſum uidetur: quom pro uobiſ IESVS circūciſuſ eſt:
quom flagellatuſ eſt: quom crucifixuſ eſt: quom lan-
cea latus eiſ apertū eſt? Cur ergo ad ſpargendū in-
ter uoſ cruorem/ enſeſ acuitiſ? quibuſ & uoſ ipſoſ/ &
Chriſti Eccleſiā laceratiſ? Chriſtuſ pro Eccleſiā circū-
cidi/ crucifigi/ & mori uoluit: Et uoſ Eccleſiæ filii ip-
ſam matrem ueſtram mutuiſ bellis in perditionē de-
ducitiſ? Quam neſcio ſi matrem ueſtram dixerim: an
nouercam. Priuignos enim eſſe non ignoro: qui eam
diſcerpere/ ac laniare contendūt. Conuenire igitur in

245

hoc omnes Christiani deberent Principes; ut arma
in Christi hostes / & nō in matris suæ uiscera exerce-
rent. Quibus (dum Christianorū sanguis funditur)
& Christiana respublica imbecillior indies redditur:
& ipsis hostibus nostris amplioris contra nos uicto-
riæ causa præbetur. Quæ quom ita sint: tu Pontifex
Optime Maxie / qui & fortissimus Leo es: & uerus ac
summus Medicus / saluti hominū cœlitus datus: tāq̄
alter Leo ille de tribu Iuda / qui demonū uincens ty-
rannidem / mundum uniuersum patri conciliauit: &
tanq̄ alter Medicus ille / qui totum humanum genus
quom lætaliter egrum iaceret: oleo misericordiæ cura-
uit. Ita pacis antidoto obstrue (ut cœpisti) fluentem
Christianorū sanguinem: ita & ueræ circūcisionis me-
dicamine incircūcisorū (ut facis) cura egritudines: Ut
& pace inter Christianos Principes inita / ad recipien-
da Christianorū loca / contra Christiani nominis ho-
stes arma sumantur. Nunc nunc præsertim: quom ip-
sorū hostiū uires ob strages nuper inter eos factas / plu-
rimū diminutæ sunt: quare celeritate profecto opus
est. Et cunctis christianis rebus per ueram reforma-
tionem in melius cōmutatis: omnes qui sancto bap-
tismate renati sumus: ueram hanc circūcisionē in cor-
de seruantes / diuinæ gratiæ restituamur. Ut tandem
peracto huiusce mortalis uitæ curriculo: eius quæ sem-
piterna est: gaudiis perfruamur.

DIXI

La artilleria se jubete en germania. Año de 1401.
Robertus baronius magister
de Juythor delos libros año de 1441

Martin luthero comica susce ha año 1513.

Cerusa affudit suau. In uitalia exote. de q. lu auto plini. h. 19.
ca. 25. ubi bic hno. 680. ubi pma jubete exote mny p. centi
20. tras/ocamii jubete mny usq. 7. bene re. ca. jubete mtra
curap. otu. em. g. g. dehis h. u. ca. ad. ca. p. h. tom. 1. 17

La gorda segun algu. de schallo en malloza y mencia
segun et. en phencia. copla 209. mena.

relox y gnomon archimedes maximad zo jubete
gargony rey de egipto jubete de egipto la miel un. sobe no bre
m. f. u. en m. y. y. u. a. t. e. n. e. r. a. i. d. o. d. o. s. e. m.
x. b. r. i. s. u. n. e. r. o. 39. a. /
el rey anido en fano de egipto t. r. a. y. u. n. e. r. o. p. 40.

el bino ayo jubete fue labe. copla. 150. mena. en fista

ingomectia. i. m. d. d. a. d. e. t. e. r. a. j. u. b. e. n. t. e. m. e. r. i. s. r. e. y. d. e. e. g. i. p. t. o.
copla. 142. m. de dalo arrip. t. e. z. o. f. a. m. e. t. e. t. a. l. e. s. u. b. r. i. n. o.

palac jubete de las artes mecanicas
y de jupiter na. a. d. a. d. e. f. u. e. c. a. b. e. r. e. n. s. m. m. a. d. r. e. 7.
copla. 141. m.

jubete de dento copla. 165. m. p. h. a.
chirena. 11. u. n. p. a. h. y. a. t. t. e. c. e. s. t. a. d. u. n. t. m. a. s. t. i. l. d. e. q. u. e. l. p. a. l. a.
jubete de galaxi cub. t. r. e. y. e. n. o. b. p. l. i. n. i. h. 7. m. h. e. f. o. d. a. t. o. n. e.
1100. y. a. t. t. e. d. e. g. t. a. c. e. r. i. s. / t. e. m. q. t. e. l. m. e. m. o. r. i. a.
Nauigau en uave grande. p. f. a. l. o. y. 7. l. o. b.

carcial della qeylos bivero late. copla. 138. m.

el arte militar qeyle jubete y las primas ubi
arte de la guerra yu tubalcaim qeylo de lamis 7 assela

jubete de hiron de los d. o. s. e. t. m. e. n. a. c. o. p. l. a. 144.

la noqua jubete y palac et unidig / go. t. u. l. i. o. 7. d. e. m. e. t. d. e. o. y. q. u. e. r. i. f. i. c. o.
h. y. o. d. e. a. p. d. o. m. e. n. a. c. o. p. l. a. 147. t. e. m. q. t. e. l. d. e. l. a. q. u. e. l. a. f. a. b. u. l. a.

